toto et per omnia approbat, Confirmat, et ratificat. Hac sua p̄senti p̄sonali Recognitione ad p̄missa oīa mediante.

Snopkowski et Krasowski mutuo Rbnt.

624

Comparentes personaliter, coram Officio, et Actis p̄sentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus, Gnosi Albertus de Snopkow Snopkowski, Vexillifer Laticzoviensis ab una, et Samuel Krasowski, parte ab altera. Sani mentibus et corporibus existentes a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprys et competentibus recedendo, p̄senti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet se, cum successoribus, bonisque suis quibusuis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri, ac posteris utriusque partis, sec ac suos successores, in et super bonis suis quibusuis omnibus, summisque pecuniarys quibusuis, habitis et habendis inscribunt et obligant p̄sentibus: Intercisam certam inter se Recognoscentes, ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa contentarum, de Actu et data illius hic Premysliae, die hodierna in ffetu contenta, confectam et conscriptam, manibus suis Recognoscentium p̄pris, ab utrisque subscriptam; in omnibus et singulis eiusdem Intercisae Conditionibus, punctis, Clausulis, articulis, Vadio, ligamentis, ac nexibus quibus universis, firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis eius contentis, tam in parte

quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere In-
tercisam praefatam, ad Inscriptionem praesentem roborato-
riam, et Inscriptionem praesentem roboratoriam ad prae-
dictam Intercisam vicissim in toto referendo. Sub
Vadio Summae Mille florenorum polonicalium, per partem prae-
cum Successoribus utriusque partis vel non completio-
nem contentorum Intercisae praefatae, omnium et singulo-
rum, tam in parte, quam in toto, toties quoties opus
fuerit, ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem
Vadio modo praemisso ad soluendum succubito, ac pro-
re aliqua principali, ex contentis Intercisae praefatae,
non completa complenda, Citata existens memorata
pars una, praemissa non tenens, siue eius posteri ad
Instantiam partis alterius, praemissa tenentis, et com-
plentis, vel illius successorum, ad officium praesens
Castrensis Capitanealis Premysliensis, ex tunc recessu supra-
scripto, quo ad respondendum spectat mediante semper
in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio,
stare, Juri parere, respondere, Vadium praefatum lu-
ere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudica-
tum pati debebit, et tenebitur, seque ac suos Successo-
res, ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus,
illum Terminum primum peremptorium, et alios
omnes, exinde consequentes, Causae eiusdem Termi-
nos, semper peremptorios, vera infirmitate, pro ma-
iori, minorennitate successorum, legatione intra vel
extra Regnum, Seruitio militari, ad munimenta,
ad Curiam regiam, vel alijs quibusuis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo, ad quie-
tationem praeterea ultra proximos officij praefati Ca-
strensis Capitanealis Premysliensis Terminos, dilationem
sibi non recipiendo, nullasque motiones, Appellati-
ones, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemis-
sa omnia ═══ poenis simplicibus, vel triplicatis
euasionibus, suspensionibus, fatalijs Juris, praescriptione

Terrestri, bello, conuentioneque ac alys omnibus Iuris remedys, et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Krasowski et Sawicki mutuo se se Quietant, et Contentes Statuent.

624

Comparentes personaliter, coram officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneals Premysliensibus, Generosi Samuel Krasowski ab una, et Joannes Sawicki parte ab altera: Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprys et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus, bonisque suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subyciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo interesse recognouit. Quia ipsi et quidem Generosus Krasowski, suo, et Generosae Alexandrae Mariannae Krasowska, Generosus vero Joannes Sawicki, suo itidem, et Generosae Theodorae Consortium legitimarum suarum pro quarum ratihabitione cauent ac se praesentibus inscribunt nominibus: sese mutuo et inuicem, de Intercisa certa, inter se Recognoscentes, praefatasque Consortes suas ratione certarum rerum et conditionum, in eadem Intercisa contentarum de Actu et data ipsis, hic Premysliae feria Quinta post Dominicam Oculi Quadragesimalem proxime praeteritam proxima confecta et conscripta, manibus contrahentium subscripta ex Actis Officy praesentis, cum interpositione Vady Summae Mille florenorum polonicorum roborata, eiusque Inscriptione Roboratoria quietant, emittunt, dimittunt, liberosque et absolutos perpetuo pronunciant: Intercisam praefatam eiusque Inscriptionem Roboratoriam, cum omnibus illius contentis in toto

Porebska